gitur & veteri lege. posset enim ab aliq̄ reputari legis destrutor ⁊ per p̄sequēs iniqu⁹ scđm illud. p̄s. Dissipas iniquum iniquum legem tuam. Ideo apostolus vult ostendere quomodo legem destruat ⁊ tamen nō est iniquus dicens. Ego enim per legem rc. Abi sciendū est q̄ alii quis dissipat legem per ipam legem ⁊ talis est preuaricator legis non iniquus. Dissipatur autē lex per leges quando in lege datur aliquid preceptū locale seu temporale: vt scilicet lex illa tali tempore seu tali loco servetur. et hoc ipsum exprimit in lege. Si quis in illo tempore seu in illo loco lege non vitetur destruit legem per ipam legem. ⁊ hoc modo apostolus destruxit legem. Unde destruxi inquit quodāmodo legem tamen per legem: quia ego mortuus sum legi per legem id est p̄ auctoritatem legis ipam dimisi quasi legi mortuus. Autocrociatus enim legis per quam mortuus est legi in multis sacra scripture locis habetur. Iere. 31. tamē sub aliis verbis. Confirmabo testamentum nouum super dominum Israel rc. Deut. 18. Prophetam suscitabit dominus ne fratribus vestris rc. Et multe alie. Nō est ergo transgressor apostolus legem destruendo. Vel aliter. Ego per legem scilicet spiritualem mortuus sum legi carnali. Tunc enim moritur legi quando abiōcio legi. solitus a lege iuxta illud. Ro. 7. Mortuo viro soluta est mulier a lege viri. Inquantu⁹ vero apostolus subiectus erat legi spirituali dicit se mortuū legi id est solitus a legis obseruatione Ro. 8. Lex spiritus vite rc. Alius modus dimittendi legem sine preuaricatione est potest. quia videlicet lex; aliqua est scripta in carta. et tunc dicitur lex mortua. et est in mente legislatoris: et tunc dicitur lex viva. Constat autem q̄ si aliquis fin verbum legislatoris operaretur contra leges: et solueret legem et solueretur a lege mortua. et seruaret leges viuam scđm imperium legislatoris. Dicit ergo scđm hoc. Mortuus sum legi scripte et mortue id est solitus sum ab ea vt deo viuaz. id est mortu⁹ meos scđm dicta ipsius dirigant. ⁊ ad honorem eius ordinare. Et enim statuta in scriptis aliquid tradit propter exaneos ⁊ eos qui ab eo verbottenus audire non possunt. sed his qui coram eo sunt non dicit eam scriptis sed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant: ad deum accedere non valentes. At ideo necesse fuit eis precepta legis in scriptis dare: vt per legem quasi per pedagogum manuducerentur ad hoc q̄ a deo precep̄ta eius audiarent scđm q̄ dicitur infra. 3. Lepedagogus noster fuit in christo. rc. Sed postq; habemus accusulum ad patrem per christum vt dicitur Roma. 5. Non instruimur per legem de mandatis dei: sed ab ipso deo. At ideo dicit. Per legem manuducitatem mortuus sum legi scripte vt viuam deo scilicet ipsi factori legis id est vt ab ipso instruatur ⁊ dirigatur. Consequitur cum dicit. Christo confixus sum rc. explicat que dicit. Dixerat autem q̄ est mortuus legi et q̄ viuit deo: Et ista duo manifestat. At primo q̄ sit mortuus legi per hoc quod dicit. Christo confixus sum cruci. Secundo q̄ viuit deo cum dicit. Vlivo ego: iam non ego rc. Et primum quidem potest exponi dupliciter. Uno modo sicut in glossa sic. Quilibet homo scđm carnalem originem natūrā filius ire. Ephe. scđo. Eramus enim natura filij ire rc. Hascitur etiam in vetustate peccati. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena rc. Que quidem vetustas peccati tollitur per crucem christi. et conservatur nouitas vite spiritualis. Dicit ergo aplus. Christus

in epistolam ad Galathas. III.

confixus sum cruci id est cōcupiscentia seu fomes peccati et osse huiusmodi mortui est in me per crucem christi. **Ro. 6.** Verus homo noster sumus crucifixus est et. Item ex quo cum ipso confixus sum cruci et mortui sum peccato et ipso resurrexit: cum resurgentem etiam resurrexi. **Ro. 4.** Transitus est et. Sic ergo ipso in nobis renouat vitaz nouam destruncta vetustate peccati. Et ideo dicit. Tu autem id est quia christo confixus sum cruci et gloriem bene operandi habeo iam non ego sed carnem: quia iam non habeo illa vetustate quam prius habui. Sed vivit in me christus id est nouitas que per christum nobis data est. Vel aliter. Homo quantum ad illud dicitur vivere in quo principaliter firmat suum affectum et in quo maxime delectat. Unde et homines qui in studio seu in venationibus maximè delectantur dicunt hoc eorum vitam esse: quilibet autem homo habet quandam priuatum affectum quo querit quod suum est dum ergo aliquis vivit querens tantum quod suum est. sibi sibi vivit. cum vero querit bona aliorum dicit etiam illis vivere. Quia ergo apostolus propter affectum deposituerat per crucem christi: dicebat se mortuus proprio affectu dicens: Christus propter suum cruci id est per crucem christi remotus est a me. propter affectus suae prius. Unde dicebat infra ultimo. Vobis absit gloriariri nisi in cruce domini nostri et. **2. corin. 5.** Si vnum propter mortuus est propter nos mortui sunt. Et propter mortuus est christus. ve et qui vivunt iam non sibi vivunt sed ei. et. Tu autem iam non vivo ego qualius affectu habeo. propter bonum. sed vivit in me christus id est tantus christus habens in affectu et ipse christus est vita mea. **Phil. 1.** Vobis vivere christus est et mortuus lucrum. Consequitur autem cum dicit. Quia autem nunc vivo et responderemus dubitationi que poterat esse duplex ex premisso verbo. Una est quoniam ipse vivit et non est ille sed qui vivit. Secunda quoniam confixus est cruci. Et ideo hec duo aperit. Ex primo primus quoniam sed vivit et non ipse vivit dicens. Quia autem nunc vivo carnem. Abi notandum est quod illa proprie dicunt vivere que mouet a principio intrinseco. Anima autem pauli constituta erat inter deum et corpus. et corpus quidem vivificabatur et movebatur ab anima pauli. sed anima eius a christo. Quantum ergo ad vitam carnis viviebat ipse paulus. Et hoc est quod dicit. Quia autem nunc vivo in carne id est vita carnis: sed quantum ad relationem ad deum christus viviebat in paulo. Et ideo dicit. In fide vivo filii dei per quam habitat in me et mouet me. **Abachuc. 2.** Justus autem meus ex fide vivit. Et nota quod dicit. In carne non ex carne. quia hoc malum est. Secundo ostendit quoniam confixus est cruci dicens. Quia amor christi quem ostendit mibi in cruce moriens per me facit ut semper ei conseruat. Et hoc est quod dicit. Qui duxit me. et. **Io. 4.** Propter prius dilexit nos. Et tantum duxit me quod tradidit semetipsum per me et non aliud sacrificium. **Apoc. 1.** Duxit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. **Eph. 5.** Sicut christus duxit ecclesias et semetipsum tradidit per ea et. Sed attendendum est quod ipse filius tradidit se: et pater tradidit filium. **Ro. 8.** Qui proprio filio non peccat: et pro nobis omnibus tradidit illum. Et iudas tradidit eum ut dicitur **Matth. 26.** Et totum una res est: sed non una intentio: quia pater ex charitate filius ex obedientia simul et cum charitate. iudas vero ex proditione. **Consequenter** cum dicit. Non abiicio gratiam dei et. inferi conclusionem principalem. Et primo inducit conclusionem. Secundo manifestat modum. Dicit ergo. Ex quo tantum gratia recipi a deo et tradidit se et ego vivo in fide filii dei: non abiicio gratiam filii dei id est non repudio nec ingratum me exhibeo. **1. corin. 15.** Gratia dei in me vacua non fuit et. Unde et alia littera habet. Non sum ingratatus gratiae dei. **Heb. 12.** Contemplantes ne quis desit gratiae dei.

scilicet per ingratitudinem se indignum fatendo. Modo autem abiisciendi et ingratitude est si dicarem quod lex esset necessaria ad iustificandū. Et ideo dicit. Si enim per legem iustitia: ergo christus gratis est mortuus id est si sufficiens sit lex id est opera legis sufficiunt ad iustificandū hominem christus sine causa mortuus est et frustra. quod ad hoc mortuus est ut nos iustificaret. **1. Pe. 3.** Christus semel pro peccatis nostris mortuus est et. Quod si docet per legem fieri posset superflua fuisse christi mortis. Sed non gratis mortuus nec inutacum laboravit ut dicit **Esa. 49.** Quia per ipsius solam gratiam iustificans et veritas facta est ut dicit **Io. 1.** Si qui autem ante passiones christi iusti fuerint hoc erat fuit per fidem christi venturi in quae credebat et in cuius fide salvabantur.

Capitulum tertium.

O insensati galathe quis vos fascinauit non obediens veritati: Ante quod oculos iesus christus prescriptus est et in vobis crucifixus.

Supra confutauit aplius vanitatem et mutabilitatem galatharum per auctoritatem evangelice doctrine ostendens suam doctrinam autenticam fuisse ab alijs apostolis: hic vero per rationes et auctoritates ostendit hoc id est secundum quod legalia non sunt seruanda. Et hoc dupliciter. Primum ex insufficiencia legis. Secundo ex dignitate eorum qui ad christum conuersi sunt. et hoc quarto capitulo ibi. Dico autem quanto tempore et. Circa primum duo facit. Primo premittit obiurgationem. Secundo prosequitur suam probatioem ibi. Hoc solum a vobis volo et. Circa primum duo facit. Primo obiurgat eos attendens eorum fatuitates. Secundo rationem obiurgationis assignat ibi. Ante quod oculos et. Primo ergo eos de fatuitate obiurgat vobis canos eos insensatos. Unde dicit. O insensati et. insensatus autem proprius dicitur qui sensu caret. Genius autem spiritualis est cognitio veritatis. qui ergo veritate caret proprius insensatus dicit. **Mat. 15.** Et vos sine intellectu estis. Sap. 5. Nos insensati vitam illoz et. Sed contra **Matth. 5.** dicitur. Qui dixerit fratri suo fatue et. Sed fatuus idem est quod insensatus. Ergo apostolus reus est gehenne ignis. Sed dicendum est ut augustinus dicit quod intelligendum est si dixerit sine causa et animo vituperare: sed apostolus ex causa dixit et animo corrigendi. Unde dicitur in glossa. Hoc dolendo dicit. Secundo cum dicit. Quis vos fascinavit et. ostendit modum quo insensati erant effecti. Abi notandum est quod insensatus sit aliquis multis modis. Ut quia non proponitur sibi aliqua veritas quam cognoscere possit. Ut quia et si proponatur sibi talis men nunquam eam acceptat. Ut quia veritatem propositam vel acceptam deserit a via veritatis recedens. et tales erant isti galathae qui veritatem fidei quam accepserant deserentes veritatem propositam renuerunt. supra 1. Miror quod tam cito et. Et tamen gradus insensationis in eis reprehendit dicens: Quis vos fascinavit et. Ad sciendum autem quid sit fascinatio. sciendum est quod secundum glossam fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus: que per artes magicas fieri consuevit: pura cum hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem vel cornutum. et huiusmodi. et hoc etiam per demones potest fieri qui habent potestatem mouendi fantasmata et reducendi ad principia sensuum ipsos sensus mutantando. Et secundum hanc acceptationem satis proprie dicitur. Quis vos fascinavit tibi. et. Vos estis sicut ho ludificatus que res manifestas alii accepit quod sic in rei natura. quod scilicet estis ludificati per deceptiones et sorbilis

Explanatio sancti Thome

mata veritati nō obedire id ē veritatem vobis manifestā et vobis receptam non videntis nec obediendo recipitis. **Sap. 4.** Falsinatio nugacitatis obscurat bona. **Esa. 5.** Ec qui dicūt bonū malū re. Alio modo accipit falsinatio fīm q̄ alīq̄ ex aspectu maluolo ledit et maxime in vētūlis que visu vrenti et aspectu inuidio falsinat pueros qui ex hoc infirmant et vomit cibum. **Dñus cauīam vōlēns assignare auicennia in libro suo de anima dicit q̄ materia corporalis obedit substantia intellectuali magis q̄ qualitatib⁹ actius et passius in natura. Et ideo ponit q̄ ad app̄hensionē substantiaz intellectualiū q̄s vocat aīas seu motores orbium multa sunt preter ordinē mot⁹ celi. et om̄ corporaliū agentium. Eodez modo dicit q̄ q̄s aīa sancta depurata ab affectib⁹ terreno et a carnalibus vītūs actedit ad similitudinē substantiaz dictaz et obedit ei natura. Et bīc est q̄ aliqui sancti virt̄ operant quēdā mira preter nature cursum. et similiter q̄ anima alicui⁹ fe data passionib⁹ carnalibus: habet fortē apprehensionē in malitia obedit ēnei natura ad transmutationē materie i illis maxime iū quib⁹ materia abilit̄ est sicut spueris res neris conuenit. Et sic cōuenit fīm eum q̄ ex forti app̄hensione vētūlā in malitia īmūrāt puer et falsinat. Hec autē positio satī videt vera fīm opinionē auicenne. Nam ip̄e posuit formas oīes corporels iīstis inferiorib⁹ influi a substantiis incorporalib⁹ separatis. et q̄ agētia naturalia nō habent se ad hoc nisi ut disponentia tantū. Sed hoc qui dem improbat a pho. **Aḡs** esti oportet esse simile subiecto. Non sit autē forma tantum. nec materia. sed compositum ex materia et forma. Id ergo quod agit ad esse corporalium oportet q̄ habeat materię et formā. Unde dicit q̄ transmutare materię formariū non potest nisi id q̄d habet materię et formā. et hoc quidē: Ut virtute sicut deus qui acto est forme et materię. **U**l actu sicut agens corporēum. Et ideo materia corporalis q̄tum ad huiusmodi formas nec angel' nec alicui pure creature obedit ad nutrītū: sed soli deo. vt augustinus dicit. Unde non est verū quod auicenna dicit de huiusmodi falsinatōe. Et ideo descendit q̄ ad imaginationē seu app̄hensionē hominis q̄n fortis est īmūrāt sensus seu appetit⁹ sensitus q̄ quidē īmūrāt nō est sine alteratione corporis et spiritū corporis sicut nos videntur et ad apprehensionem delectabilis mouē appetitus sensitivus ad concupiscentiā et exinde corp⁹ calefit. Silimiliter ex apprehensione tūmēdi fīt. **I**mmutatio autē spiritū maximē inficit oīculos qui infecti rem p̄ aspectum inficiunt. sicut patet in speculo mundo q̄d ex aspectu mēstrūtūt inficit. Sic ergo q̄ veniale obstipat in malitia et dure sunt. ex forti apprehensione īmūrāt appetitus sensitivus et ex hoc sicut dictum est infectio mortis fit a venis ad oīculos. et ex oīculis ad rez p̄spectam. Unde q̄ caro pueri mollis et ad earum īnūdus aspectū inficit et falsinat. At quādōq̄ quidē ad hūc effectum demones operant. Dicit q̄ quis vos falsinatur veritati non obedire. Quāl dicit. Vos aliq̄n obedistis veritati fidei. sed modo non. ergo estis sicut pueri qui ex aliquo inuidio infecti cibum receptū vomitis. **R**atiōnem autē obiurgationis assignat dicens. Ante quorū oīculos et. **Q**uod potest tripliciter legi. Uno modo fīm **H**ironymū vt respondeat pīme persone acceptiōni falsinatōnis als p̄mo acceptu. quasi dicit. **P**lico vos falsinatos: quia ante quorū oīculos et. id est p̄scriptio christi qua dānatus est in mortem adeo vobis manifesta fuit ac si ante oīculos vestros fuisset. Et in vobis crucifixū id est in intellectib⁹ vestris erat crucifixio iēsu xp̄i vt scritis quāliter facit esset. Unde si eam nō videntis modo nec obeditis hoc contingit: q̄ estis ludificati et falsinari. Cōtra q̄d vicitur **Gān.** vītūmo. **V**pone me vt signaculū sup̄ cor tuū**

et. **A**lio modo fīm augustinū. q̄si dicit. **F**ecle falsinati estis q̄ veritatez quā recipistis sc̄z christū p̄ fidem in cor dīb⁹ vestris euomis sicut pueri. **E**t hoc q̄ ante oīculos vestros id est ī vestra presentia iēsus christus proscript⁹ est id ē expellit et ejus de hereditate sua. **E**t q̄d molestiū deberet ē vobis q̄r nō debet pati et ab aliis p̄scribere et expellere ē vobis p̄scriptus est. i. hereditate sua amīsit in vobis id est vobis p̄scriptus. **E**t tunc hoc q̄d sequit sc̄z crucifixus legi debet cū pondere et ostensione doloris: q̄r hoc addidit ut cōsideraret quo p̄recio xp̄is emerit possesso nō quā in eis amītebat. et ex hoc mouerent magis. q̄d dicit. **C**hristus p̄scriptus est in vobis sc̄z qui crucifixus id est qui cruce sua et sanguine p̄prio acq̄uisuit hanc hereditatē. 2. cor. 6. **E**mpti enītis p̄ficō magnō rc. 1. **P**e. 1. **N**on corruptibilis auro vel argento rc. **T**ertio modo fīm ambroſiū. quasi dicit. **V**ere falsinati estis ante quorū oīculos id est in quorū reputatione sc̄z fīm iudicū vestruz iēsus christus p̄scriptus est id est damnat⁹ nō alios salvans et in vobis id est fīm q̄ vos intelligitis crucifixus est id ē mortuus tūm. nō autē alios iustificans. cum tamē de eo dicat. 2. cor. vītūmo. **Q** si mortuus est ex infirmitate nostrā: viuit tamē ex virtute dei. **P**otest et quarto modo exponi fīm glofam vt q̄ hoc designet aplūs gratitātē culpe eoz. q̄r in hoc q̄ christū deserunt legem obseruantēs: equaliter quodāmodo peccabant. **P**latō q̄ rēm p̄scriptis id est damnauit. ut dum insufficiētē xp̄im credit ad saluandū similes in peccando crucifixib⁹ xp̄i: q̄ ipsū in ligno suspenderit morte turpissima cōdemnātes et afficiētes. **E**qualitas tamen est accipiēda ex pte ei⁹ in quē peccat. q̄r in christū galatē peccabant sicut pīlatus et crucifixores xp̄i.

Lectio secunda.

Boc solum a vobis volo discere: et operibus legis spiritūz accepistis: an ex auditu fidei? Sic stulti estis ut cum spiritu ceperitis nunc carne cōsumāni. Lanta passi estis sine causa: si ramen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritū et operatur virtutes in vobis ex operib⁹ ib⁹ an ex auditu fidei.

Posita obiurgatione: cōsequēter aplūs p̄cedit ad insufficiētā legis et virtutē fidei ostendendā. **E**t p̄mo ostendit insufficiētā legis. **S**ecundo mouet questionem et solvit ibi. Quid igit lex rc. **C**irca primū duo facit. **P**rimo p̄bat defectum legis et insufficiētā per ea que ipsi experti sunt. **S**ecundo p̄ auctoritates et rationes ibi. Si eis scriptū est rc. **C**irca primū duo facit. q̄r primo p̄bat p̄psum experimentū sumptu ex parte ipsoz. **S**ecundo p̄bat idem experimentū sumptu ex parte ipsius apostoli ibi. Qui ergo tribuit vobis rc. **C**irca primū duo facit. **P**rimo ostendit donū q̄d receperūt. **S**ecundo defectum in quē inciderūt ibi. **S**ic stulti estis rc. **D**onū autē q̄d receperūt ostēdit querēdo ab eis unde illud receperūt. Unde suscepit donūm supponens interrogans querit ab eis dicens: **Q**uāvis falsinati et stulti sitis. tamē non tūtū estis ludificati quin vnum q̄d valde manifestū est me docere possitis. **E**t ideo solum hoc volo a vobis discere. q̄r hoc solum sufficit ad p̄bāndū quod intendo. hoc inq̄ est quia cōstat q̄ spiritūm sanctū accepistis. **Q**uero ergo an accepistis illū ex operib⁹ legis an ex auditu fidei? **T**ad q̄d sciēdū ē q̄r p̄mittua ecclā ex diuīa dispositōe vt fides xp̄i p̄moueret et cresceret: statim post p̄dicatiōz fidei ab aplīs manifesta signa spūssantī siebat lug audiētes. Unde de

in epistolam ad Galathas. III.

Petro dicit act. 10. Adhuc loquente petro verba hec cedit spūsanctus? **T**ibi etiā galathe ad predicationem pauli manifeste spūsanctum acceperant. Querit ḡ aplus ab eis: unde habuerunt spūsanctum. Constat autē q̄ non p̄ opera legis, q̄ cum essent gentiles ante receptionem spūsancti legē nō habebant. Ergo habuerunt spūsanctū id ē dona spūsancti ex auditu fidei **R**o. 8. H̄o accepit spūsanctū sc̄ritutis iterū in timore q̄ sc̄z dabat in lege. An et cū tremore lex data est, sed accepit spūsanctū filioz qui dāt p̄ fidē que est ex auditu ut dicit **R**o. 10. Si ḡ hoc potuit fidei virtus: fructu queritur alioz p̄ q̄ salueniū. q̄ multo difficiilius est de iniustiū facere iustū q̄ iustū in iusticia cōseruare. Si ḡ fides d̄ iniustiū galathis sine lege iustos fecerat, nō et dubius q̄ sine lege poterat eos in iusticia cōseruare. Magnū ḡ erat donum q̄ per fidem acceperant. **C**onseqn̄ter cū dicit. **H**ic stulti estis **T**c. ostendit defectum in quē plāpi sunt z exaggerat duplē defectus in eis aplus **T**cum ad dona q̄ a xp̄o acceperant. **T**cum ad mala que p̄ ipso p̄ulerunt ibi. **T**anta passi estis **T**c. Circa primū sciendū est q̄ isti galathe deferentes q̄ magnum erat sc̄z spūsanctū adheserunt minori sc̄z carnali obseruantie legis et hoc stultū est. Et ideo dicit. **H**ic stulti estis adeo ut cum ceperitis instinctū sancti spūs id ē initium p̄fectionis vestre habueritis a spūsancto. nunc dum p̄fectores estis cōsumamini carne. **I**. queritis p̄seruari p̄ carnales obseruanties legis a qua nec initium iusticie pot̄ haberi **R**o. 6. **C**aro non p̄dest quicq̄ **T**c. **E**t sic ordinem pueritatis, q̄ via p̄fectionis est ab imperfecto tendere ad p̄fectū. **N**os autē q̄ econverso facitis: stulti estis **E**ccl. 27. **H**omo sanctus p̄manet in sapientia sicut sol. stultus vt luna mutat. Similes isti sunt q̄ incipiunt seruire deo cū feruore spūs: postmodū deficiunt in carne q̄ etiam assumi lant statuē nabuelodonos: cœuus caput aureum: z pes des lutei **D**an. 2. **E**t iō dicit **R**o. 8. Qui in corne sunt deo placere nō possunt. **E**t infra. 6. Qui seminat in carne de carne meret corruptionē. **C**onseqn̄ter cum dicit **T**anta passi estis **T**c. exaggerat coram defectu **T**cum ad mala q̄ p̄ ipso p̄ulerunt. q̄ est aliqd sine labore recipiū illa minus chare custodiunt, sed illud q̄ cū labore acq̄ri tur vilipendere z non custodire stultū est. **N**isi autē cum la boze z tribulatione magna quā passi sunt a contribulib⁹ suis ppter fidem repererunt spūsanctum. **E**t ideo dicit. **T**anta passi estis sine causa: q̄ si dicit. Non contemnatis tantū donum q̄ cū labore accepistis als illi sine causa id ē sine utilitate passi estis. q̄ h̄e cōsiderantis ut p̄ueniretis ad vitam eternā **R**o. 5. Tribulatio patientia operat patientia autē p̄bationē. p̄batio vero spem **T**c. **A**nde si p̄ cluditis vobis aditum vite eterne deferentes fidē q̄ren̄tes conseruari carnalibus obseruantij. sine causa id est inutiliter passi estis. **E**t hoc dico. si tamē sine causa. Qd̄ ideo dicit q̄ in eorū potestate erat penitere si vellēt q̄diu vivierent. Ex hoc autē habef q̄ oga mortificata reuiviscunt. **S**ap. 3. Labores eoz sine fructu **T**c. **G**al. 4. T̄imeo autē ne sine causa laboauerim **T**c. **S**i vero acceperat d̄ malis q̄ non penitent. potest dicit q̄ patiū sine causa conferente sc̄z vitā eternā. **C**onseqn̄ter cū dicit. Qui ḡ tribuit vobis **T**c. p̄bat p̄positū experimentū sumptu ex pte apli. possent enī dicere q̄ verū est nos receperisse spūsanctū ex auditu fidei. tñ ppter devotionē quā ad legem habuimus accepimus fidem quā p̄dicabas. **E**t iō dicit. Non euro q̄c̄ quid sit ex parte vestra. tñ illud q̄ ego feci tribuiens vobis ministerio meo spūsanctū. q̄ operat in vobis virtutes id est inter vos miracula. sed nunq̄ facio hoc ex operib⁹ legis an ex operibus fidei? Non vtiq̄ ex operibus sed ex fide. **S**hūq̄ aliq̄ p̄t̄ dare spūsanctū. Augu. em̄ 15. de trinitate dicit q̄ nullus hō purus spūsanctū dare

p̄t̄: nec ipsi apli dabant. sed imponebāt manū sup hoīes z accipiebāt spūsanctū. **Q**uid ḡ est q̄ hic dicit aplus de se loquēs qui tribuit vobis spūsanctū? **R**ēdeo. dicendum est q̄ in datione spūsancti tria q̄ ordinē se habētia occurruunt. sc̄z spūsanctus inhabitans. donū gratiarē chātitatis cum ceteris habitib⁹ z sacramentū noīe legis cuius ministerio dāt. **E**t sic p̄t̄ ab aliq̄bus tripliciter vari. Ab aliquo enī dāt sicur auctoritatē habente **T**cum ad tria predicta sc̄z respectu spūsancti inhabitantis respectu p̄oni et respectu sacramenti et hoc modo spūsanctus dāt a solo patre z filio km q̄ eius auctoritatē habent nō quidē dominij sed originis: q̄ ab virgoz p̄cedit. **S**ed **T**cum ad gratiā seu donū. z **T**cum ad sacramēta spūsancti dāt etiā se km q̄ dāt importat caūlātatem spūsancti respectu donorū ipsius q̄ ut dicit aplus. 1. corin. 12. **I**psē diuidit singulū p̄t̄ vult. **S**ecundū autē q̄in datione importat auctoritas nō potest p̄t̄ dicit spūsanctū sc̄p̄lū dare. **Q**uādū vero ad sacramēta q̄d ministerio ministroz eccl̄ie dāt. p̄t̄ dicit q̄ sancti cū ministeriū sacramentorum dānt spūsanctū. **E**t hoc modo hic loquit̄ aplus km q̄ tangit in gloſatū būfusmodi modus nō est p̄fetus neq̄ extendend⁹. Dicit etiāz glo. q̄ facere miracula attribuēt fidei. q̄ ex hoc p̄ credit que supra naturā sunt luxa naturam operat. **E**t q̄ apli predicabāt fidem q̄ quedā rōez excedentia continebar. ideo oportebat ad eoz credulitatem aliq̄ testimonia adducere q̄ missi essent a deo q̄d rationē excedit. **S**ic rōez dedit eis signū sūt ad hoc ondē dū. **E**t autē duplex signū xp̄i. **U**nū est q̄ est dñs om̄. **U**nū dicit in ps. Regnū tuum regnū om̄ seculoz **T**c. Aliud est q̄ est iustificator z salvator km illud **A**c. 4. **V**on est aliud nomen sub celo dātu hōl̄d **T**c. **D**edit ḡ eis duo signa. **U**nū est q̄ facerent miracula p̄ q̄d ostenderent q̄ missi sunt a deo dño om̄is creature. **L**uc. 10. **D**edit eis pt̄atem z dñtē sup oīa demona **T**c. Aliud q̄ darem spūsanctū ministerio p̄ q̄d ostenderent q̄ missi sunt ab oīm salvatore **A**c. 8. **T**unc imponebant manus sup eos **T**c. **E**t tūc cum imposuisset illis manus paulus spūsanctū venit super illos **T**c. **E**t de his duobus modis dicit **H**eb. 2. **C**ō, testante deo signis z portentis z varijs virtutib⁹ z spūsancti distributionib⁹ km suam voluntatē.

Lectio tertia.
Sicut scriptum est credidit abraam deo, z reputatū ē ei ad iusticiā. **C**ognoscite ergo q̄r qui ex fide sunt: hi sunt filii abrae. **P**rovidēs autē sc̄ptura. q̄r ex fide iustificat gentes deus: prenūcianit abrae. q̄r benedicēt in te om̄es gentes. igitur qui ex fide sunt benedicēt curz fideli abraam.

Supra p̄bavit aplus experimento virtutē fidei z insufficiētiam legis: hic vero p̄bat idem p̄ auctoritates z rationes. **E**t p̄mo p̄bat virtutē fidei in iustificando. **S**ecundū in hoc oīdē legē defectū ibi. **Q**uicq̄ em̄ ex operib⁹ legis **T**c. **P**rimū autē p̄bat vrens quādā sillogismo. **T**n circa hoc tria facit. **P**rimo ostendit minorē. **S**ecundo maiorem ibi. **P**rovidēs autē sc̄ptura **T**c. **T**ertio infert cōclusionem ibi. **I**git q̄ ex fide **T**c. **C**irca p̄mū duo facit. **P**riō xponit quandā auctoritatē ex q̄ elicit minorē. **S**ecundo cōcludit eā ibi. **C**ognoscit ḡ **T**c. **D**icit ergo. Vere iusticia z spūsanctus est ex fide sicut sc̄ptum est **H**et. 15. z introductur **R**o. 4. Q̄r credit abraam deo **T**c. **B**ibi notandum est q̄ iusticia consistit in redditione debiti: homo autem debet aliquid deo: taliquid sibi et aliqd p̄ximo.

Explanatio sancti Thome

Ded q aliquid debeat sibi t proximo hoc est prepter deum. Ego summa iusticia est reddere deo quod suum est. Nam si reddas tibi vel primo quod debes t hoc non facis prepter deum. magis es peruersus quod iustus cum ponas finem in homine. Dei autem est quicquid est in homine et intellectus et voluntas t ipsum corpus. sed tamen quoda ordinata. quod inferiora ostenatur ad iugiora. t exteriora ad interiora scz ad bonum anime. supremum aut in homine est mens. Et ideo primum in iustitia hominis est quod mens homis deo subdat. t hoc sit prefidez. 2. corin. 10. In captiuitate redigentes omnem intellectum in obsequium xpi. Sic ergo dicendum est in omnibus quod deus est primus principi*m* in iustitia. t quod deo dat scz summum quod in eo est subdendo: perfecte est iustus. Ro. 8. Qui sp*iritu* dei agnunt. hi filii sunt dei. Et ideo dicit. Credidit abraaz deo id est mentem suam pre fidem subdidit. Eccl. 2. Credo deo t recuperabit te rc. Et infra. Qui timet dominum credite illi rc. Et reputatum est ei ad iusticiam id est ipsum credere t ipsa fides fuit ei t est omnibus alijs sufficiens causa iusticie. t quod ad iusticiam reputet ei exterius ab hominibus. sed interius a deo qui eos quod habent fidem t charitatem operant*e* iustificat: eis peccata remittendo. Et hac aut auctoritate concludit minoruz propositione dicens. Cognoscite ergo rc. Quasi dicit. Ex hoc aliquis dicit filius alius cuiusquod imitata opera eius. si go vos filii ellis abrae: opera abrae facite. Jo. 8. Abraaz aut non quiescuit iustificari t ex circumcisione: sed pre fidem. ergo t illi quod querunt iustificari t fidem sunt filii abrae. Et hoc est quod dicit. Quia abraam iustus est ex fide: quod hoc quod deo credit. t reputatum est ei ad iusticiam. ergo cognoscit quod illi qui ex fide sunt id est qui ex fide credunt se iustificari t salvati: his sunt filii abrae scz imitatione. t instructione Ro. 9. Qui filii sunt promissionis estimantur in semine rc. Luc. 19. dicit Iacob. Hodie huic domui salus a deo faceta est. eo t ipse sit filius abrae rc. Et Matth. 3. Potens est deus de lapidibus istis id est de gentilibus suscitare filios abrae: inquitum scz facit eos credentes. Consequenter cud dicit. Providens aut scriptura rc. ponit malozem que scz est quod abra*m*punctat*e* est quod in semine suo benedicerentur oes gentes. Et hoc est quod dicit. Providens scriptura. Inducens deum loquenter abrae dicit Gen. 12. Quod deus pre nunciauit abrae quod in te id est in his quod ad similitudinem tua filii tui erunt imitatione fidei benedicent omnes gentes. Matth. 8. Multi veniunt ab oriente t occidente rc. Con sequenter cum dicit. Ergo quod ex fide rc. Infert conclusio nem ex premissis. Unde sic potest formari argumentum. De pre pater nunciauit abrae quod in semine suo benedicerent oes gentes. Sed illi qui querunt iustificari t fidem sunt filii abrae. ergo quod ex fide sunt id est qui querunt iustificari t fidem benedicent cud fideli id est credente abraam.

Lectio quarta.

Quicquid enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt: scriptum est enim. Maledictus omnis qui non permanerit in omnibus que scripta sunt in libro legis: vt faciat ea. quoniam autem i lege nemo iustificatur apud deum. Manifestum est quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide: sed quod fecerit ea viuet in illis.

Supra ostendit aplius virtutem fidei: hic co^{se}quenter ostendit defectum legis. Et primo pre auctoritatem legis. Secundo pre humanam confutacionem ibi. Fratres sum hunc propositum dico rc. Circa primu*m* tria facit. Primo ostendit damnum occasionem ex lege consecutum. Secundo legis insufficientiam

ad ipsum damnum remouendum ibi. Quicquid autem in lege tem Christi sufficientia quia ipsum damnum est removet ibi. Christus autem nos redemit rc. Circa primu*m* duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probatur propositum ibi. Scriptum est enim. Maledictus rc. Dicit g. Quicquid enim rc. Nam quod dixerat quod ex fide sunt benedicent cud sunt filii abrae. Posset quis dicere quod preter op*m* legis t preter fidei benedicunt. t ideo hoc excludens dicit. Quicquid ex operibus legis sunt sub maledicto sunt. Sed contra. Amique patres fuerunt in operibus legis. ergo sunt maledicti: prosequens damnati quod est error manichei. Ideo hoc est fas ne intelligendum. Et attendendum est quod aplius non dicit. quis cud seruant opera legis sub maledicto sunt. quod hoc est falsum. proprie legi. Is dicit. Quicquid sunt ex opibus legis rc. Ia. Quicquid in opibus legis fiduci t purant se iustificari pre ea. sub maledicto sunt. Aliud enim est ec in opibus legis: t aliud est fuisse legem. Nam hoc est legem implere. Et quod eam implerit non est sub maledicto. Et si vero in operibus legis est in eis fiducia t spem ponere. Et quod in eis hoc modo sunt sub maledicto sunt scz transgressionis. Quod quod est non facit lex. quod concupiscentia non venit ex lege: sed agnitus peccati ad quod prout sumus: pro concupiscentia t legem prohibita. Intelligunt ergo lex cognitione peccati facit t non probet auxiliu contra peccatum: dicunt esse sub maledicto. cum nequant illud propria opera evadere. Sunt autem quedam opera legis ceremonialia: que in observationibus siebant. Illa sunt opera que prout ad mores. de quibus sunt mandata moralia. Unde sum glo. hoc quod hic dicit. Quicquid ex operibus legis sunt rc. intelligendum est de operibus ceremonialis alibus: t non de moralibus. Vel dicendum quod loquitur hic apostolus de omnibus operibus tam ceremonialibus t moralibus. Opera enim non sunt causa quod aliquis sit iustus apud deum: sed potius executiones t manifestationes iusticie. Nam nullus propria opera iustificatur apud deum: sed pre habitus fidei. non quidem acquisitus sed infusus. Et ideo quicquid ex operibus iustificari queritur sub maledicto sunt. quod ea peccata non remouent nec alijs quo ad deum iustificari: sed pre habitu fidei charitate informatu. Hebr. 11. Ut omnes testimoniis fidei rc. Consequenter cum dicit. Scriptum est enim rc. Probabat propositum. t hoc primo quidem sum glosum ostendit propri legem seruare hoc modo quo lex precipitat. Deut. 28. Quod omnis quod non permanerit in omnibus quod scripta sunt in libro legis vt faciat ea id est qui non impulerit totam legem sit maledictus. Sed impulerit totam legem est impossibile vt dicit act. 15. Ut quid tempus imponere iugum quod neque nos neque patres nostri portare potuimus. Ergo nullus est ex operibus legis qui sit maledictus. Potest etiam accipi hoc quod dicit. Scriptum est enim rc. non ut propriatio propositum: sed ut ostendat eius expeditio. quod dicit. Scriptum est enim. Maledictus est omnis rc. Ut intelligatur de peccato id est maledicto. Nam eximpar bona facienda seu mala vita: t imperando obligat: sed non dat virtutem obediendi. Et ideo dicit. Maledictus quasi malo adiecius omnis nullum excipiendo. quod vt dicit act. 10. Non est prosonarum acceptio apud deum. Qui non permanerit vices in fine. Matth. 24. Qui permanenerit vices in finem. In omnibus non in quibusdam tantum. quod vt dicit Iac. 2. Quicquid totam legem seruauerit offendit autem in uno factus est omnis reus. Que scripta sunt in libro legis vt faciat ea. Non soluz ut credat seu velit inveni: sed vt opere implet propri. Intellectus boni omnibus facientibus eum. Sancti autem patres t si in operibus legis erant: salvabant in in fide venturi, confidentes in eius gratia t saltu spiritualiter leges implentes. Proyles enim vt in glosa dicit milta quidem precepit que nullus impulerit potuit ad demandand*u* iudeorum

in epistolam ad Galathas III

superbia dicitur. Non deest qui impletat sed deest quod iubeat. Sed hic est questio de hoc quod dicitur Maledictus omnis regnus. Dicitur enim Rom. 12. Benedicte et noli maledicere. Respondeo dicendum est quod maledicere nihil aliud est quam malum dicere. possum ergo dicere bonum esse malum et malum esse bonum. et rursus bonum esse bonum et malum esse malum. Et primus quidem probabit apostolus dicens: Nos litem maledicere id est nolite dicere bonum est malum et contra nos secundum licet. et ideo cum virtuperamus peccatum male dicimus quidem sed non dicendo bonum malum. sed dico malum est malum. Et ideo licet peccato est maledicere id est dicere eu est esse malum adiectum vel esse malum. Conqueritur cum dicit. Quoniam autem in lege regnus ostendit in sufficientiam legis non valentia ab illa maledictio eripere ex hoc quod iustificare non poterat. Ad quod ostendendum vitium quodam filosigor in secunda figura est talis. Iustitia est ex fide. sed lex ex fide non est. ergo lex iustificare non potest. Circa hoc ergo primo ponit conclusionem cuius dicit Quoniam autem in lege nemo iustificatur. Secundo autem maiorem cui dicit Quia iustus ex fide vivit. Tertio minorum cum dicit Lex autem non est ex fide. Dicit ergo. Dico quod per legem maledictio inducta est. nec tam ab illa maledictione lex eripit. quia manifestum est quod nemo in lege iustificatur apud deum id est per opera legis. Circa quod intelligendum est quod illi qui negauerunt vetus testamentum ex hoc verbo occasione sumpserunt. Et ideo dicendum est quod nemo iustificatur in lege id est per legem. Nam per eas cognitio quidem pectati habebatur. ut dicitur Rom. 5. sed non habebatur per ea iustificatio. Rom. 3. Ex operibus legis nullus iustificatur. Sed contra Iacob. 2. dicit. Nonne abraham ex operibus iustificatus est. Respondeo dicendum est quod iustificare potest actus duplicitate. Ut quod ad executionem iusticie et manifestationem et hoc modo iustificatur homo id est iustus ostenditur ex operibus operatis. Ut quanta ad habitum iusticie inservit et hoc modo non iustificatur quis ex operibus: cum habitus iusticie quia homo iustificatur apud deum non sit acquisitus: sed per gratias fidei inservit. Et ideo signanter apostolus dicit. Apud deum quia iusticia que est apud deum in interiori corde est. iusticia autem que est ex operibus id est quod manifestae iustum est apud homines et hoc modo apostolus accipit apud deum. Rom. 2. Non enim auditores sed factores regnus. Si ex operibus abraham iustificatus est habet gloria sed non apud deum regnum. Sic ergo patet conclusio rationis scilicet quod lex iustificare non potest. Consequenter cum dicit Quia iustus regnum. Ponit maiorem que est ex auctoritate scripturae. Abacuc. 2. et introducit etiam Rom. 1. et ad hebreos. 10. Circa quod notandum est. quod in homine est duplex vita. scilicet vita naturae et vita iusticie. Altera quidem naturae est per animam. Unde anima a corpore recedente: corpus remanet mortuum. Altera vero iusticie est per deum. Et ideo primum quo deus est in anima hominis est fides ad hebreos. 11. Accedendum ad deum oportet credere. Eph. 3. Habitare christum per fidem regnum. Et sic dicimus quod in anima nostra idem vita appareat in operibus ait vegetabilis quia anima vegetabilis est proinde aduenit animali generato ut per nos dicitur quia primum principium quo deus est in nobis est fides ideo fides dicitur principium vivendi. Et hoc est quod hic dicitur. Iustus meus ex fide vivit. Et intelligendum est de fide per dilectionem operante. Minor autem ponitur ibi. Lex autem non est regnum. Et primo ponit ipsa minor. Secundo probatur ibi. Sed qui fecerit regnum. Dicit ergo. Lex non est ex fide. Sed contra. lex mandat credere. quod sit unus deus. et hoc pertinet ad fidem. Ergo lex habebat fidem. quod autem sit unus deus mandat Deut. 6. Audi israel: dominus deus tuus regnum.

tur de observationibus mandatorum legis finis et lex constituit in mandatis et preceptis ceremonialibus. et dicit quod non est ex fide Fides enim ut dicitur hebreos. 11. est substantia spe randarum rerum argumentum non apparentium. Et ideo proprie implet mandatum de fide qui non sperat ex hoc aliqua praefulta et visibilia confequuntur: sed bona inuisibilia et eterna. Lex ergo quia permittet terrena et presentia ut dicitur Isa. 1. Si volueritis et audieritis me: bona terra comedetis: idea non est ex fide sed ex cupiditate ponitur vel ex timore finis illos precipue: qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamen spiritualiter viuebant in lege: sed hoc non est ex ea sed ex fide mediatoris. Et quod lex non sit ex fide probat cum dicit. Sed qui fecerit ea scilicet opera legis viuet in illis scilicet vita presenti id est immunitus erit a morte temporali et conservabitur in vita futuri. Tali ter dico quod lex non est ex fide et hoc patet quia qui fecerit regnum. Quasi dicat precepta legis non sunt de credendis: sed de faciendis: licet aliquid credendum annunciet. Et ideo virtus eius non est ex fide sed ex operibus et hoc probat quia dominus quando voluit eam confirmare non dixit qui crediderit: sed qui fecerit ea viuet in illis. Sed noua lex ex fide est. Mattheus. v. 19. Qui crediderit et baptizatus fuerit regnum. Lex tamen est quoddam effigiatum et effectus ex fide: et ideo comparatur lex vetus ad legem novam: scilicet opera nature ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus nature apparent quedam opera intellectus: non quod res naturales intelligentes sed quia aguntur et ordinantur ab intellectu ut finem consequantur. Sic et in veteri lege aliquando continentur que fidei sunt non quod iudei ea prout erant fidei haberent: sed habebant ea in figura tantum fidei christi et protestatione ex cuius fidei virtute saluabantur iusti.

Lectio quinta.
Achristus autem nos redemit de maledicto legis. factus pro nobis maledictus omnis qui pendet in ligno. ut in gentibus benedictio abrae fieret in christo iesu ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Posito danno a lege illato et defectu legis ab illo eripere non valentia: hic conqueritur ostendit virtutem christi ab ipso danno liberantis. Et primo ostendit quomodo per christum ab ipso danno liberamur. Secundo quomodo etiam super hoc auxilium a christo acquirimus ibi ut in gentibus regnum. Circa primam tria facit. Primo enim ponit liberationis auctoritatem. Secundo liberationem ibi. Factus pro nobis regnum. Tertio testimonium propheticum ibi. Quia scriptus est regnum. Dicit ergo primo. Qui cunctus seruabant opera legis erant sub maledicto sicut dictum est. Nec per legem liberari poterant. Ideo necesse fuit aliquem habere qui nos liberaret: et iste fuit christus. Et ideo dicitur Christus redemit nos de maledicto legis Rom. 8. Quod impossibile erat legi regnum. Deus mittens illum suum scilicet christum regnum. Redemit inquit nos scilicet iustus deus precioso sanguine suo Apocalypsis. 5. Redemisti nos in sanguine regnum. Isa. 43. Noli timere quod redemi te regnum. De maledicto legis id est de culpa et pena infra. 4. Ut eos qui sub lege erant redimeret. Osee. 13. De morte redimam eos. Modum liberationis ponit et dicit. Factus pro nobis maledictus. Ibi notandum est quod maledictus est quod dicitur malum. Et secundum duplex malum potest dici duplex maledictum scilicet maledictum culpe et maledictum pene. Et tertius modo potest hoc legi duplicitas. Factus pro nobis maledictum. Et primum quidem de malo culpe. Nam christus

Explanatio sancti Thome

Natus redemit nos de malo culpe. **A**nde sicut redemit nos de morte mortuus, ita redemit nos de maledicto culpe factum maledictum scilicet culpe non quidem quod in eo peccatum est, alius qui peccatum non fecit nec dolus tuus, ut vicitur. **I**n 2. sed sum opinione hominum et preceptum iudeorum qui reputabant eum peccatorum. **J**ob. 18. **S**i non esset hic malefactor non tibi tradidimus eum. **E**t ideo de hoc dicitur. 2. co. 5. **C**um qui non nouerat peccatum fecit pro nobis peccatum. **D**icit autem maledictum non maledictus, ut ostendat quod iudei eum sceleratissimum reputabant. **A**nde dicitur Job. 9. **N**on est hic homo a deo te. **E**t Job. 10. **D**e bono opere non lapidam te sed de peccato et de blasphemia. **E**t ideo dicit. **F**actus est pro nobis maledictum in abstracto. **Q**uasi dicit. **F**actus est ipsa maledictio. **S**ecundo exponitur de malo pene. **N**am christus liberavit nos a pena sustinendo penam a morte nostram, que quidem in nos puerum ex ipsa maledictione peccati. **I**nquit ergo hanc maledictionem peccati suscepit pro nobis moriendo dicitur esse factus pro nobis maledictum. **E**t est simile ei quod dicitur Ro. 8. **V**isus deus filium suum in similitudinem carnis peccati id est mortis. **L**is. 2. co. 5. **C**um qui non nouerat peccatum scilicet christum qui peccatum non fecit deus scilicet pater pro nobis fecit peccatum id est fecit pati penam, quando scilicet oblatum est propter peccata nostra. **C**onsequenter ponit scripture testimonium cum dicit Quia scriptum est. **M**aledictus omnis te. **E**t hoc neutro. 27. **S**ibi sciendi sed glosam quod in deo, unde accipitur hoc verbum tam in nostris quam in hebreis codicibus habetur. **M**aledictus a deo omnis te, quod quidem scilicet a deo in antiquis hebreorum voluminibus non habetur unde creditur a iudeis post passionem domini apostoli sit ad infamiam christi. **P**otest autem exponi auctoritas de malo pene et de malo culpe. **D**e malo quidem culpe sic. **M**aledictus omnis quod pendit in ligno non propter hoc quod pendet in ligno sed pro culpa pro qua pendet. **E**t hoc modo christus est estimatus maledictus in cruce pendens propter hoc quod maxime tibi pena punitus fuit. **E**t secundum hoc continuatur ad predictam dominus enim precepit in deo, ut qui suspensus fuerit in vespera deponatur. **E**t ratio huius est, quia hec pena erat ceteris abiectio et ignominiosior. **D**icit ergo vere factus est pro nobis maledictus, quia ipsa mors crucis quam sustinuit sufficit ad maledictionem, quod scriptum est. **M**aledictus omnis te. **D**e malo vero pene se expoit. **O**mnis qui te. **M**aledictus, quia ipsa pena est maledictio scilicet sic mortuus est. **E**t est maledictus a deo, quia deus ordinavit ut hanc penam sustineret ut nos liberaret. **C**onsequenter cum dicit. **A**t in gentibus benedictio te. **P**onit scriptum quam per christum super hoc quod per eum liberamur de maledictione remoueretur: sed ut in gentibus quoniam sub male dicitione legis erant: fieri benedictio abrae pmissa heres. 22. **I**n semini tuo benedic omnes gentes te. **E**t hec quidem benedictio facta est nobis id est impleta est per christum qui est de semine abrae, cui dicitur sunt promissiones et semini tuo qui est christus, ut dicit infra eo et de capitulo. **Q**ue quidem benedictio et fructus est ut pollicitationem spiritus accipiamus id est promissiones quas spiritus sanctus facit in nobis scilicet de beatitudine eterna qui quasi arca et pignus nobis traditus ipsam nobis permittit ut habetur. **E**phe. 1. 2. 2. co. 2. **E**t quidem in pignore datur ad certitudinem. **N**am pignus est quedam certi-

ta promissio de re accipienda. **R**o. 5. **M**onisti accepisti spiritum servitutis te, et infra **B**i filij et heredes. **E**ccl pollicitationem spiritus accipimus id est spiritus sanctus. **Q**uasi dicit Accipiamus pollicitationem de spiritu sancto facias semini abrae Jobel. 2. **E**ffundam de spiritu meo te, quod per spiritum sanctum coniungimur christo et efficiamur semini abrae et digni benedictione. **S**ecundo ostendit per quid pueniat nobis iste fructus dicens: **P**er fidem, per quam quidem et hereditatem eternam acquirimus. **A**d hebreos 11. **A**ccedentes ad deum oportet credere quia est, et inquirentibus se remuneratur sit. **P**er fidem etiam acquirimus spiritum sanctum, quia ut dicit Act. 5. **D**ominus dat spiritum sanctum obedientibus sibi scilicet per fidem.

Lectio sexta.

A **R**atres sum hominem dico tamen hominis confirmatum testamentumne, amo spiritus aut superordinat. **A**brae dicte sunt promissiones et semini eius. **N**on dicit et seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo qui est christus, hoc autem dico testamentum confirmatum a deo que post quadragesimos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. **N**am si ex lege hereditas iam non ex promissione, **A**brae autem per re promissionem donauit deus.

Supra ostendit apl̄us q̄ p̄ legem non est iusticia: hic vero reducit eos ab errore ad statum recitūdīnū. At p̄mo q̄t̄um ad diuinā. Secundo q̄t̄um ad humānā. 6. ca. ibi. Et si preoccupans fuerit homo tc. Circa prīmū duo facit. Primo p̄ponit āmonitionē. Secundo eius rationē assignat ibi. Ecce ego paulus tc. Et in āmonitione etiāz duo ponit. Quoꝝ vnum est inductū ad bonū. Secundū est p̄hibitiū a malo. Inducit quidem ad bonū cuꝝ dicit. State ergo. q̄ si dicat. Et quoꝝ p̄p̄m liberati estis a servitute legis: state firma fide et fixo pede permanentes in libertate. Sic ergo cum dicit state. inducit ad recitūdīnū. Qui enī stat rectus est. 1. corin. 10. Qui se existimat star tc. Inducit etiā ad firmitatē. 1. corin. 15. D̄tabiles estote et immobiles tc. Eph. vltimo. Date succinti lumbos vestros tc. Prohibet vero et rerrabit a malo cum subdit: Molite iterum iugo seruitutis contineri id est non subiectamini legi qui in seruitute generat. De q̄ iugo dicit ac. 15. Hoc est onus quod neq̄ patres nostri neq̄ nos tc. A quo tamē per xp̄m liberati estis. Es. 9. Virgam humeri eius tc. Ideo autē addit. Ieruz. nō q̄ prius sub lege fuerint. sed q̄ vī Hieronymus dicit. post euangēlium seruare legalia adeo peccatum est sicut seruire idolatrie. Unde quia isti idolatrate fuerant si subiecti se iugo circūciditionis et altarum legalium obseruationō est ad eadem reuertunt quibus anteā in idolatria seruerat. S̄cōn̄ augustinum vero vt supra dictum est circa legalium obseruantias triplex tempus distingue. sc̄ tempus ante passionem. ante gratiam diuulgatā. et post gratiam diuulgatā. Post ergo gratiam diuulgatā seruare legia est peccatum mortale etiam ip̄sīs iudicis. Sed in tempore medio sc̄ ante gratiam diuulgatā poterant quidē absq̄ p̄cō etiā illi q̄ ex iudeis cōuersi fuerant legalia seruare dum tamen in eis spēm non ponerent: cōuersis vero ex gentilibus non licebat ea seruare. Quia ergo galathae ex iudeis non erant. et tamē legalia seruare volebāt et ponebant in eis spēm. ideo reuertebant in lugum seruitutis. Nam huiusmodi obseruatio erat eis sicut idola tria inquantū non recte sentiebant de xp̄o credentes ab ipso sīn̄ legalibus salutem consequi non posse. Deinde cum dicit. Ecce ego tc. exponit predicta duo. et p̄mo secundum. secundo primū ibi. Nos aut̄ spiritu tc. Circa prīmū duo facit. Primo ostendit quid sit lugum seruitutis quod non debent subire. Secundo p̄bat ibi. Euacuati estis tc. Circa prīmū duo facit. Primo ostendit iugum illud esse valde noctiūm. Secundo valde onerosum ibi. Testificor autēm tc. Nocitum quidē est iugum legis. q̄ aufer dominice passionis effectū. Et ideo dicit. Nolite contineri iugo seruitutis. quia ecce ego paulus qui supple voce auctoritatis dico et bene. quoniam si circūcidimini christus vobis nihil p̄derit id est fides christi. Sed contra Act. 16. dicit q̄ paulus circumcidit timorē. ergo fecit q̄ christus ei nihil p̄dēsset. ergo decepit eum.

Respondeo dicendū est fm Hieronymi q̄ paulus non circumcidit timotheum quasi legem seruare intenderit. sed simulavit se circumcidere faciendo opus circumcidōnis. Nam fm ipsum apl̄ simulatorie seruabant legalia ad vitandum scandalum fidelium ex iudeis. Facebant autem actus legalium non tamen cum intentione seruandi legalia. et sic non eribant a fide. Unde non decepit tis timotheum. S̄cōm vero augustinū dicendum est q̄ apostoli fm veritatem seruabant legalia et cuius intentione ea seruandi. quia fm apostolox sententiam licebat fideliꝝ ex iudeis illo tempore sc̄ ante diuulgaram ipsa seruare. Et ideo quia timotheus fuit ex matre iudea circumcidit eum apostolus cum intentione seruandi legalia. Quia vero galathe ponebant spēm in legalibus post gratiā diuulgatā. quasi sine eis gratia non sufficeret ad salutē. et ideo ea seruare volebāt. ideo dicit eis apostol⁹. Si circumcidimini tc. Sequebāt enī ex hoc q̄ non reputarent christum in cuius signum data fuit circumcisio. Gen. 17. Ut sit in signum federis inter me et vos tc. Qui ergo circumcidēbant credebant adhuc signum durare. et tunc signatum nondum venisse. et sic excedebarūt a christo. Sic ergo patet onus legis esse nociuū. Et etiā valde onerōsum. quia obligat ad impossibile. et hoc est quod dicit. Testificor autē. tc. Quasi dicit. Dico q̄ si circumcidis omni homini sc̄z anteē et gentili tc. Nam quicq̄ profiteretur in aliqua religione facit se debitorem omnīs que ad obseruantiam illius religionis pertinet. Et sicut dicit augustinus. Numq̄ fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo. ad quod obligaretur qui in ipsa religione viuant. sic in religione christiana signum visibile est baptisma. ad quod omnes christiani tenentur quo ad cultum. Obligant etiam ad omnia que ad cultum christiane religionis pertinent. Signum autē religionis mosayce fuit circumcisio. Quicq̄ ergo circumcidēbat se obligabāt ad omnia legalia seruanda ac implenda. et hoc est quod dicit. Debitor est vniuersitate legis faciente. Iac. 2. Qui offendit in vno factus est oīm reus. Quā tamē nullus seruare poterat fm illud ac. 15. Hoc ē onus q̄d neq̄ p̄ces nr̄i neq̄ nos portare potuim⁹ tc. S̄z dato q̄ aliq̄s circumciderebāt ergo fm dicitur obligat se ad seruandum legalia sed hoc est peccatum mortale: ergo tenet peccare mortaliter. et sic videt esse pplexus. Respondeo dicendū est q̄ eadem conscientia durante tenet seruare legalia. puta si aliquis haberet conscientiā q̄ nisi circumciderebāt peccaret mortaliter. et circumcisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter si non obseruaret legalia. cuius ratio est q̄ habere conscientiā de re alīq̄ faciēdā nihil aliud est q̄ q̄ faciat contra deum nisi illud faciat. Facere autē contra deum est peccatum. Sic ergo dico q̄ nisi faceret hoc ad q̄d inducit conscientia peccaret. nō qdē ex genere op̄is. sed ex intentione operantis. Et similiter si facit peccat. q̄t̄ huiusmodi ignoratiā nō excusat q̄ sit ignoratiā iuris: nec tñ ē pplexus simpliciter sed fm quid. q̄ potest deponere ero neam conscientiā. Et hoc modo hic apl̄us testificat omni circumidenti se q̄ tenet ad seruandum legem. Conſequerentur cuꝝ dicit. Euacuati estis tc. probat que dixit sc̄z q̄ non debent accipere legis obseruantiam ratione danni iam presentis: quod est duplex. Unus est amissio christi. Secundū est amissio gratiae xp̄i. Primū est causa secundū di ibi. Qui in lege tc. Dicit ergo euacuati tc. Quasi dicit. Vere christus vobis nihil proderit. q̄ euacuati estis a christo. id est habitatione christi. Secundū dannū est amissio gratiae. ideo dicit. A gratia excidistis. qui sc̄z p̄t̄ us eratis pleni gratia christi. quia de plenitudine eius accepimus omnes. Jo. 1. De plenitudine eius nos omnes

in epistolam ad Galathas. v.

enagelizet vobis pter qd euangelizauim vobis anathem ait phil. 2. Implete gaudium meum ut idem sapientia te. Et hoc ex auxilio diuino. et ideo dicit. In domino deo se operante. 2.corin. 3. Fiduciam taleni habemus per christum ad deum. et dominus dabit vobis sapere finis sobrietatem catholice veritatis ps. Bonum est confidere in domino. et quantum autem ad conturbantes dicit. Qui autem conturbat te. id est qui remouet vos a debito ordine vel scz a spualib conuertimini ad corporaliam cum debeat esse contrarium. 1.corin. 15. Non prius quod spualis est. sed quod animalia est deinde quod te. Et cum talis ordo sit peruerius vel dicte supra. 3. Sic stulti facti estis ut cum spiritu ceperitis te. ideo portabit iudicium id est condemnationem sustinebit. Sicut enim qui inducit alium ad bonum remuneratur. Vnde 12. Qui ad iusticiam erudiant plurimos quasi stelle in perpetuas eternitas te. ita qui inducit aliquem ad malum condemnatur. Iohannes 7. Quia turbasti nos exturbet te dominus in hac die. Deut. 27. Maledictus qui errare facit cecum in istud. Et hoc quicunque est ille id est quoniamque sit auctoritas non parcer ei. Sed porphyrus et Julianus in hoc respondunt paulum presumptiones dicentes quod hoc dixit laetans per eum cum supra in faciem se restitisse scripsit ut sit sensus. quicunque sit ille id est etiam si peruersus esset punietur. Sed ut augustinus dicit non est credendum quod paulus cum maledicto de ecclesiis principe loqueretur cum scimus primum sit Ero. 22. Principem populi tui non maledicere. Nec etiam quod peruersus offendit quod esset dignus condannatione. Dicit ergo apostolus de quodam alio qui de idea veniens dicebat se fuisse discipulus magnorum apostolorum. et sub ista auctoritate corrumpebat galathas ipse cum aliis falsis predicatoribus supra. 2. Propter subiunctos fructus falsos fratres te. Consequenter cum dicit. Autem fratres te. remouet impedimento ex parte sua. Et primo ponit sui excusationem. Secundo eorum qui eum infamabant obiurgatiorem ibi. Utinam et abscondantur te. Excludit autem falsum quod ei imponebatur. et primo aliquid pertinens adipsum tantum. Secundo aliquid pertinens ad omnes ibi. Ergo euacuum est te. Scindendum est circa primum et pseudo galathis excusationibus se de eo quod non seruabant legalia. quod ita edocit erat ab apostolo et dicebat quod apostolus deceperat eos et confirmabat videntes paulum predicasse in iudea et docuisse legalia debere seruari. Et ideo excusat se de hoc apostolus dicens. Ego autem fratres si circumcisionem adhuc predico sicut imponunt mihi pseudo: quid adhuc persecutiones patior scz a iudeis. 1.corin. 4. Persecutionem patitur te. Nam iudei specialiter propter hoc persegabant paulum quod predicabat legalia non debere seruari. Act. 21. dicit Jacobus paulo. Audierunt de te quia dissensionem a moysi eorum qui per gentes sunt iudeorum dicens eos non debere circumcidere filios suos et te. Patet ergo quod non est verum quod mihi imponunt: alios quin persecutiones adhuc non paterer. Falsum est etiam id quod mihi imponunt quod id quod communiter est apud alios: quia si circumcisionem predico euacuarum est scz scandalum crucis. Nam non solum ego sed etiam oes apostoli perdicamus christum crucifixum. Judeis quidem scandalum te. ut dicit. 1.cor. 1. Et de hoc maxime scandalizantur quod perdicamus per crucem christi legalia euacuantur. Si ergo predico circumcisionem euacuum est scandalum id est non erit scandalum apud iudeos ultra de cruce. Nam patienter sustinerent immo libenter vellent perdicare crucem et legalia simul debere seruari. Vel si Augustinus euacuum est scandalum crucis id est euacuata est

crux que est scandalum. Quasi dicit. Crux perdidit esse etum suum et virtutem supra. 2. Si enim ex lege esset iustitia ergo christus gratis mortuus est. Dicit autem apostolus specialiter euacuum est te. ut det intelligere propter hoc inde occiderunt christum quia legalia non servabant: et ea non esse seruanda docebat. Ioh. 9. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Consequenter obiurgat pseudo qui eum infamauerant dicens. Atinaz et abscondantur te. Quasi dicit. Ipsi conturbant vos in hoc quod volunt vos circumcidere. sed utinam non solum circumcidant. sed totaliter castrant. Sed contra Ro. 12. Be nedicite et nolite maledicere. te. Ad hoc est duplex responso. Prima est quod non maledixit apostolus eis: sed potius benedixit. quia optauit eis ut spiritualiter castrarentur ut seruarent spiritualem castitatem castando ceremonilia finitum lud Matth. 19. Sunt quidam eunuchi qui se castraverunt propter regnum celorum. Secundo quod optat eis sterilitatem prolixi quam habent eunuchi ut scz non generent. Unde ait utinam et abscondantur te. id est vim gerandi perdant in vobis vel alii. Et hoc merito quia generant filios in errorum et redigunt eos in seruitute legis. Osee. 9. Unde eis vuolam sine liberis et vbera aarentia.

Lectio tertia.

Dicit enim in libertatez vocati estis fratres: tantum ne libertatez in occasione detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur. diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et si inuicem mordetis et comeditis: videtene ab inuicem consumamini.

Proposito exemplo standi et remoto eius impedimento hic innuit modum ipsius. Et primo ponit modum standi. Secundo exponit ibi. Omnis enim lex te. Circa primum tria facit. Primo ponit conditionem status. Secundo remouet abusum standi. Tertio innuit standi modum. Conditione quidem standi est libertas. Omnis enim status conditio pertinet ad seruitutem vel ad libertatez. sed status fidei christi ad quem inducit apostolus ad libertatez pertinet: et est ipsa libertas. Et ideo dicit. Vos enim te. quasi dicat. Recte conturbant vos: quia abducunt a meliore in peccato. quia vos vocati estis scz a deo in libertate gratiae. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum te. supra. 4. Non sumus ancille filij: sed libere te. Vos in qua qui liberi estis per christum volunt ducere in seruitute. Abusus autem status est si in deteriorius prolabat et libertas spiritus querat in seruitute carnis. Galathe autem iam liberi erant a lege. Sed ne credat eis licere peccata committere que lez prohibebat. ideo apostolus subdit abusum libertatis dicens: Tantum ne te. Quasi dicit. Liberi estis ita tamen quod non abutamini libertate vestra impune vobis peccandum esse arbitrates. 1.corin. 8. Ut dera ne forte hec licentia vestra offendiculum fiat infra mis. Modus autem standi est per charitatem. Unde dicit. Sed per charitatem spiritus te. Status autem totus est in charitate sine qua homo nihil est. 1.cor. 13. Et finis diversos gradus charitatis distinguunt diversi status. Sic ergo status gratie est non per affectum carnis: sed per charitatem spiritus id est que procedit a spiritus sancto per quem debemus inuicem esse subiecti et seruire infra. 6. Alter alterius onera portate te. Ro. 12. Honore inuicem preuenientes te. Sed cum superius dicat quod sint vocati

Explanatio sancti Thome

acceptimus rc. Et Eccl. 21. Cor fatui quasi vas contractum et oem sapientiam non tenebit. Nos dico qui in lege iustificamini id est creditis iustificari a gratia scz habenda future beatitudinis. Vel etiam a tam habita exceditis. Apoc. 2. Memor esto unde excederis et age penitentiam.

Lectio secunda.

Do autez spiritu ex fide spem iusticie expectamus. nam in christo iesu neqz circumcisio aliquid valet neqz prepucium: sed fides que per charitatē operatur. Currebatis bene. qz vos impediuit veritati non obedire. Nemini consenseritis. Persuasio hec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corripit. Ego confido in vobis in domino qz nihil aliud sapientis. Qui autē conturbat vos portabit iudicium quicūqz est ille. Ego autē fratres si circumcisione adhuc predico: qd adhuc persecutionem patior. Ergo euacatum est scandalum crucis. Utinam abscondant qui vos conturbant.

Explicavit apostolus secundi documenti scz qz nō esset subeundum iugum servitutis legis: hic autem credit ad primum ostendens qz stare debent. Et pmo. ponit stadi exemplum. Secundo remouet stationis impedimentum ibi. Currebatis rc. Tertio assignat stadi causam ibi. Nos em in libertatez rc. Circa prīmū duo facit. Primo ponit stadi exemplum. Secundo causam eius assignat ibi. Nam in xpo iesu rc. Dicit ergo. Qui in lege volunt iustificari christus eis nihil prodest. quia excedunt a gratia. Sed nos scz apostoli statim p spem: quia scz experitamus spem iusticie. id est iusticiam et spem scz eternam beatitudinem. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in spem viuaz rc. Vel spem iusticie. id est christum per quem est nobis spes iusticie. quia p eum iustificamur. Phil. 3. Saluator rem expectamus rc. 1. corin. 1. Qui factus est nobis sapientia et iusticia et sanctificatione et redemptio rc. Vel spem iusticie id est spem que est de iusticia: ut iustificemur non p legem sed per fidem. Ro. 3. Arbitrur hominem iustificari p fidem sine operibus legis. Vel spem iusticie id est rem speratam in quam tendit iusticia scz vitam eternam. 2. Ti. ultimum. In reliquo reposita est mihi corona iusticie. rc. Et hoc ex fide. quia iustitia dei est p fidem iesu christi ut dicit Ro. 3. Que quidē fides non est ab hominibus p spū facioqz eā inspirat. Ro. 8. Acceptistis spū filioz in qz clamam abba pater rc. Sicut qz fides est ex spū: ita ex fide est spes. ex fide iusticia p quam peruenimus ad vitam eternam. Hec autem spes non venit ex circumcisione neqz ex gentilitate. quia nihil faciunt ad hoc. Et ideo dicit: Nam in christo iesu id est in his qui sunt in fide christi. neqz circumcisione neqz prepucium. rc. id est indifferentia sunt. sed fides non informis sed ea que per dilectionem operatur. Jac. 2. Fides sine operibus mortua est rc. Ma fides est cognitio verbi dei Eph. 3. Habitare christum p fidem rc. Et hoc verbuz nec perfecte habeat nec cognoscitur nisi etiam habeat amor qz spirat. Hic sunt duo dubia circa glosam. Primum est qz dicit prepūtium et circumcisio esse indifferentia cum supra dixerit. Si circumcidimi christus vobis nihil proderit. Sed dñendum est qz ex genere operis sunt indifferentia scilicet illis qui non pos-

nunt spem in eis. sed ex intentione operantis nō sunt infra differentia. Nam ponētibus in eis spem mortifera sunt. Secundū dubium est de hoc qd dicit qz illi qui non credunt peiores sunt qz demones. cum demones credant et contremiscant. Repondeo. dicenduz est qz peiores quis dem sunt ex specie operis sed non quantū ad affectū. Mā demonibus dispergit hoc qd credunt: nec etiam est tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit quanta in demone qui odit qz credit. Consequenter cum dicit. Currebatis bene rc. agitur de impedimento stationis. Et primo ponit impedimentum. Secundo vocet eius remotum ibi. Nemini consenseritis rc. Impedimentum stationis eorum magnū erat et nocuum. nam tanto aliquid est magis nocuū quanto maius bonum priuat. Quādo ergo aliquis multis bonis spūlibus priuat signū est habuisse magnum impedimentū. Et ideo ut offendat eos apostolus magnum impedimentū habuisse cōmemorat eis bona spūalia que annescunt ei dicit: Currebatis bene rc. scz per opera fidei formatez p charitatem que instigat ad currendum. p. Siam mandatorū tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. At hoc quidē fuit oīm in vobis dum sic currebatis ellis impediti. Et ideo subdit. Quis vos fascinavit de quo dictum est supra tertio cap. et ideo supercedeo ad presens. Quis ergo vos fascinavit id est impediti veritati scz euangelice non obedire. Et hoc congrue dicit. Nam obedire est voluntatis applicans de ad consensem precipientis. et ideo fides est voluntatis et intellectus. oportet ergo voluntati fidei obedire. hoc autem est qz gratia fidei christi sufficiat ad salutes sine legibus obseruantis. Excludit autē impedimentū cōsiderat. Nemini rc. et hoc ex tripli parte. Primo ex parte eorum. Secundo ex parte dei ibi. Ego confido rc. Tertio ex parte apostoli ibi. Ego autē fratres si rc. Ex parte eoruū cum dicit. Nemini rc. ubi primo ostendit quid res quirat ex parte eoz ut vident hoc impedimentū scz qz nemini pseudo deinceps consentiant. 1. thessal. 5. Non sumus nocui neqz tenebarū rc. Ephe. 5. Nolite cōmuniCare operibus in fructuosis tenebarū rc. Et 2. Ti. 2. Et sermo eoruū ut cancer serpit rc. Ex quo dat intelligē qz nondum erant corrupti: sed sollicitabant de hoc. Secundo assignat rationem huius cuz dicit. Persuasio eis rc. Et hec est duplex. Prima quia homo cum dat se alii cui nihil debet facere nisi qd vtile dixerit sibi. Sed vos traditi estis christo. ergo nihil debetis audire vel consentire nisi his que sunt ab ipso. ergo hec persuasio qz vos volunt mittere sub iugo legis. quia non ex eo scz ex deo qui vos vocavit ad vitam: sed ex diabolo iniquitatis decepti ens est. Et ideo non consenseritis eis. Vel non ex eo id est contra ipsum. Secunda ratio est qz posset dici non est magnum spūalis consentiā cum ex hoc non sit periculus. et ideo dicit qz non est eis consentiendū: nec eoruū infidele sunt contemnende. sed debent principijs obstat. quia modicum fermentum rc. id est illi pauci qui vobis persuadent. Et hec persuasio parua in principio totā massam corruptit. id est congregatiōē fidelium. Leuit. 2. Nec quicquid fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Consequenter cum dicit. Ego confido in vobis rc. remouet impedimentū ex parte dei qz auxiliū ad hoc preber. et ponit duplex auxilium. Unum quantum ad fecientes. Aliud quantum ad conturbantes ibi. Qui autem conturbant rc. Dicit ergo ego confido rc. qz dicit. Dixi qz non consentiretis pseudo. et confido in vobis. 2. cori. 7. Haudeo qz in omnibus confido in vobis. Heb. 6. Confidimus autē de vobis dilectissimi et meliora viciniora futuri. Confido inquit in hoc scz qz nihil aliud sapientis qz quod vos docui supra. 1. Licet nos aut angelus de celo

Explanatio sancti Thoime

in libertatem. quid est q̄ modo dicit seruite inuicem? Ad quod dicendum est q̄ hoc exigit charitas et inuicem seruiamus et tamē libera est. Sc̄ndū est tamē q̄ sicut ph̄losophus dicit: liber est qui est tauta sui. Seruus autem est causa alterius vel vi' mouentis vel vi' finis. quia seru⁹ nec a se mouet ad opus. sed a domino ⁊ ppter utilitatez domini sui. Charitas ergo quantum ad causam mouentez libertatem habet. quia a se operat. corin. 5. Charitas christi virget nos spontanea sc̄z ad operandum. Seruus autem est cum postpositis p̄prijs utilitatibus acōmodat se utilitatibus proximoꝝ. Consequenter cum dicit. Omnis lex tc̄. exponit que dixit. ⁊ primo de dilectione. Secundo de libertate non danda in occasione carnis ibi. Spiritu ambulate tc̄. Circa primū moneret ad charitatiē sectandam. Primo ppter utilitatez quā consequimur in impleto. Secundo ppter dannū charitatis neglecte qd̄ incurrimus ibi. Q̄ si inuicem tc̄. Utilitas autē quā consequimur in impleto charitatis maxima est. quia in ea impleto totā legē. Et iō dicit. Ois eñi tc̄. q̄si dicat. Ideo charitas est habenda. quia omnis lex in uno sermo ⁊ ne implet sc̄z in uno precepto charitatis Ro. 13. Qui diliḡt proximū leges impletuit. Et in eodem capitulo dicitur. Plenitudo legis est dilectio. Et ideo dicit. I. T. 1. Finis precepti est charitas. Sed contra. q̄r. dicit Mat. 12. In his duobus mādatis sc̄z de dilectione dei ⁊ p̄ximi tota lex libet ⁊ pp̄het. Non ergo in uno precepto tantum implet. Respondeo. dicendum est q̄ in dilectione dei includit dilectio p̄ximi. I. Jo. 4. Hoc mandatum habemus a deo vt qui diliḡt deum diliḡt et fratrem suum. Et econuerso proximū diligimus ppter deum. impletur ergo tota lex in uno precepto charitatis. Precepta enim legis reducunt ad illud preceptum. Nam omnia precepta vel sunt moralia vel ceremonialia vel iudicia. Moralia quidem sunt precepta decalogi quorum tria pertinent ad dilectionem dei. alia septem ad dilectionem proximi. Iudicia autem sunt ut quicq̄s furat aliquid reddat quadruplum. ⁊ his similia que similiter ad dilectionem proximi pertinet. Ceremonialia vero sunt sacrificia ⁊ huiusmodi que reducunt ad dilectionem dei. Et sic patet q̄ omnia in uno precepto charitatis implentur. Diliges proximū tuū sicut teipsum. ⁊ est scriptum Leuit. 19. Dicit autem sicut teipsum non quantū teipsum. quia homo sicut ordinem charitatis magis debet se diligere q̄ alium. Exponitur autem tripliciter. Uno modo vt referatur ad veritatem dilectionis. Amare enim est velle bonum alicui. Et ideo dicimus amare aliquem cui volum⁹ bonus ⁊ etiam bonum illud quod ei volum⁹ sed diuerſum. quia cum volo bonum mihi me diligō similiq̄ter propter me. bonum autem illud quod mihi volo diliḡgo non propter se sed propter me. Tunc ergo diliḡo proximū sicut meipsum id est ecōde modo q̄ meipsum qn̄ volo ei bonum propter se. non quia eti⁹ mihi utilis vel deles etabilis. Secundo modo vt referatur ad iusticiāz dilectionis. Unaq̄s enim res est illud quod potissimum est in ea. potissimum autē in in domine est intellectus et ratio. ille ergo diligit se qui vult sibi bonum intellectus et rationis. Tunc ergo diliḡs proximum sicut teipsum quādo vis ei bonum intellectus et rationis. Tertio modo vt referatur ad ordinem sc̄licet vt sicut te diliḡs propter deum: ita et proximum propter ipsum diliḡs sc̄licet vt ad deum perueniat. Consequenter cum dicit. Q̄ si inuicem tc̄. inducit ad charitatem sectandam ex damnō: qd̄ incurrimus si eam negligamus. Abi loquitur galathis adhuc quasi spiritualibus abstinentis a commemoratione manifestorum inuidorum: ⁊ eorum que minoria videntur

mentionem facit sc̄z de vitiis lingue. Et ideo dicit. Q̄ si inuicem tc̄. Quasi dicat. In dilectione omnis lex impletur. q̄ si vos inuicem mordetis id est in parte famam proximo detrahendo auferitis. qui enim mordet non rotum accipit: s̄ p̄tē. Et comeditis id est totā famā auferitis et totaliter detrahendo confunditis. Nam qui comedit totum absorbet. Iac. 4. Nolite detrahere alterutrum frēs mei tc̄. Si ita inqua charitatem negligitis videte damnum quod imminet vobis sc̄licet q̄ ad inuicem columbamini. Phil. 3. Videate canes videte malos operarios tc̄. Esa. 49. Et vane fortitudinem meam consumpsi tc̄. Haec sicut Augustinus dicit. Vito contentioz et inuidie per nicioſa iurgia inter homines nutriunt: quibus conuicta tur societas et vita.

Lectio quarta:

Ico aut̄ in christo. Spiritu ambulate et desideria carnis non perfici etis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Nec eñi sibi inuicem aduersant: vt non quecūq; vultis illa faciat.

Postq̄ apostolus manifestauit in quo consistit status spiritualis: q̄ sc̄licet in charitate: consequēt̄ hic agit de causa status sc̄licet de spiritu sancto. quē dicit esse sequēdum. Abi ponit triplex beneficium spiritu sancti. Quosrum primum est liberatio a servitute carnis. Secundum est liberatio a servitute legis. Et tertium est collatio vite secūritas a damnatione mortis. Secundum ibi. Q̄ si ducimini tc̄. Tertium ibi. Si spiritu vivimus tc̄. Circa primum duo facit. Primo ponit primum beneficiū spiritus. Secundo beneficiū necessitatem ostendit ibi. Caro eñi tc̄. Dicit ergo. Dico q̄ debetis per charitatem spiritus innicem seruire. quia nihil prodet sine charitate. Sed hoc dico in christo id est per fidem christi. Spiritu ambulate id est mente et ratione. Quādoꝝ enim mens nostra spiritus dicitur sc̄dū illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mētis vestre. et. I. Corin. 4. Psal lam spiritu psallaz et mente. Et spiritu ambulate id est spiritu sancto proficie bene operando. Nam spiritus sanctus mouet et instigat corda ad bene operandum. Ro. 8. Qui spiritu dei aguntur tc̄. Ambulandum est ergo spiritu. id est mente vt ipsa ratio sive mens legi dei concordet. vt dicitur Roma. 7. Sed spiritus humanus per se vanus est et nisi regatur aliunde fluctuat hac atq̄ illac vt dicitur Ecc. 3. 4. Et sicut parturientis cor tuus fantasias patitur: nisi ab altissimo fuerit emissā visitatio tc̄. Unde de quibūdam dicitur Ephe. 4. Ambulant in vanitate sensus sui. tc̄. Non ergo perfecte stare potest ratio humana nisi sc̄dū q̄ est recta sp̄ diuīo. Et ideo dicit apostolus. Spiritu ambulate id est per spiritum sanctum regētem et ducentem quem sequi et ebem sicut demonstran tem viam. Nam cognitio supernaturalis finū nō est nobis nisi a spiritu sancto. I. Corin. 2. Oculis non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit tc̄. Et sequitur. Nobis autē reuelauit deus per spiritum suum. Proz̄ sicut inclinant. Nam spiritus sanctus instigat et inclinat affectum ad bene volendum. Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur tc̄. p̄s. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ideo autem spiritu ambulandum est. quia liberat a corruptione carnis. Qū sequit. Et desideria carnis nō perficiet id ē delectationes carnis haec caro suggerit: hoc desiderabat ap̄s dices. Ro. 7. Infelix ego h̄ quis me liberabit de corpore mortis huiꝝ: gratia dei tc̄.

in epistolam ad Galathas. v.

Et postea concludit in octavo capitulo. Nihil ergo dicens
natiois est his qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem
ambulat. Huius ratione ibidem subiungit dicendo: Quia
lex spiritus vite in Christo Iesu liberavit me a lege tecum. Et hoc
est speciale desiderium sanctorum ut non perficiant desideria
ad quae caro instigat. ita tamen et in hoc non includant de-
sideria que sunt ad necessitatē carnis: sed que sunt ad su-
perfuitate. Consequenter cum dicit. Caro enim concipi-
scit tecum ponit necessitatē huius beneficij que est ex impu-
gnatione carnis a spiritu. et primo ponit ipsam impugna-
tionē. Secundo manifestat eam per euideos signū. ibi. Hec
enim invicem aduersant tecum. Dicit ergo. Nec essarij est quod
per spiritum carnis desideria supererit. Nam caro concipi-
scit aduersus spiritum. Sed hic videtur esse dubium quia cum
concupiscere sit actus anime tantum: non videatur quod compre-
met carni. Ad hoc dicendum est secundum Augustinum. quod caro dicitur
concupiscere inquantum anima secundum ipsam carnem con-
cupiscit: sicut oculus dicit videre cum potius anima per
oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiscit
quādō ea que delectabilia sunt secundum carnē appetit. Per
se vero anima concipi scit quando delectat in his que sunt
secundum spiritū: sicut sunt opera virtutū et contemplatio diuin
noꝝ et meditatio sapientie. Sapienti. 6. Concupiscēta ita
ex sapientia deducit ad regnum perpetuum tecum. Sed si caro
concupiscit per spiritū quomodo concipiatur aduersus eum?
In hoc scilicet quod concupiscentia carnis impedit concupis-
centiam spiritus. Cum enim delectabilia carnis sunt bona que
sunt infra nos. delectabilia vero spiritū bona que sunt su-
per nos. contingit quod cum anima circa inferiora que sunt
carnis occupat: retrahitur a superioribus que sunt spiritū.
Sed videat etiam dubium de hoc quod dicit scilicet quod spiritus
concupiscit aduersus carnem. Si enim accipiamus hic spiri-
tum pro spiritu sancto concupiscentia autem spiritu sancti
sit contra mala. conseq̄ueſt̄ videtur et caro aduersus quam
concupiscit spiritus sit mala. et sic sequitur error manichei.
Respondeo: dicendum est quod spiritus non concupiscit aduer-
sus naturā carnis sed aduersus eius desideria que scilicet
sunt ad superfuitatem. Unde et supra dicitur est. Desideria
carnis scilicet superflua non perficiens. In necessariis enim
spiritus non contradicit carni. quia ut dicit Ephes. 5. Ne
mo carnem suam odio habuit. Consequenter cum dicit.
Hec enim tecum ponit signū compugnatiōis. Quasi dicat.
Experimēto patet quod contra seiniūcē pugnant et aduersan-
tur in tantū ut non queat vultus bona scilicet vel mala illa
faciat. id est facere permittant. Rom. 7. Non quod
volo bonū hoc agō sed quod tecum. Non tamen tollitur libe-
tas arbitrii. Cum enim liberum arbitriū sit ex hoc quod habet
electionē in illis: est libertas arbitrii que electiōi subiunt
Non autē omnia que in nobis sunt simpliciter subiunt no-
stre electionē sed scilicet quid. In speciali enim possim vita-
re hūc vel illum motu concupiscentie senire. sed in genera-
li omnes motus ire vel concupiscentie vitare non possumus
et hoc propter corruptionē formis ex primo peccato introductā. Sed notandum est quod quatuor sunt genera ho-
minū circa concupiscentias quorum nullus facit queat
vultus. nam intemperati qui ex proprio sequuntur carnales
passiones secundum illud Proverb. 2. Erant cum malefice-
rent. faciunt quidem quod volūt inquantū ipsas passiones
sequuntur. sed inquantū ipsa eoz ratio remurmurat et ei dis-
plicer faciunt que non volunt. Incontinentes autem qui ha-
bent propostū abstinenti et tamen a passionibus vincunt
faciunt quidem quod non volunt inquantū ipsas passiones
contra eoz propostū sequuntur. et sic intemperati faciunt
plus de eo quod volunt. Continentes autem qui vellēt omni-
nino non concupiscere faciunt quod volunt dum non concipi-

scunt. sed quia omnino non concupiscere non possunt faciunt
quod nolunt. Imperati vero quod volunt quidem faciunt
inquantū in carne domata non concupiscunt. sed quia non
ex toto domari potest quin in aliquo repugnet spiritui si-
cūt nec malitia in tantū crescere potest quin ratio remur-
mure. ideo cū aliquando concupiscunt: faciunt quod nolunt
plus tamen de eo quod volunt.

Lectio quinta.

Quod si spiritu ducimini non estis sub
lege. Manifesta sunt autem opera
carnis. que sunt fornicatio. immuni-
dicia. impudicitia. luxuria. dolorum serui-
tus. veneficia. inimicitie. contentiones. emul-
lationes. ire. rixæ. dissensiones. secte. inuidie.
homicidia. ebrietates. commissationes. et his
similia que predico vobis sicut predixi: quo-
niam qui talia agunt: regnum dei non con-
sequuntur.

Postquam ostendit apostolus quod per spiritū liberamur a de-
siderijs carnis: hic cōsequēter ostendit quod per ipsum libera-
mus et seruitur legis. Et primo proponit beneficium spiri-
tus. Secundo manifestat per effectū. ibi. Manifesta sunt
opera carnis tecum. Dicit ergo. Dico quod si spiritu ambuletis
non solum desideria carnis non perficiens: sed quod plus
est si spiritu ducimini quod sit quādō faciunt quod spiritus
suggerit et director et gubernator: non autem id ad quod
sunt et affectus proprii instigat non estis sub lege. p. 5.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam. Non
quidē ut coactor: sed ut gubernator. Ex his autem verbis
vult hicronymus et post aduentū p̄fū nullus habens sp̄s
ritū sanctū tenet seruare legem. Sed sciendū est quod
hoc quod dicit: Si spiritu ducimini iam non estis sub lege
potest referri ad precepta legis vel ceremonialia vel mo-
ralia. Si quidē referat ad ceremonialia sciendū est quod al-
ia est seruare legē. aliud est esse sub lege. Seruare legem
est facere opera legis non habēdo spēm in eis. sed esse sub
lege est ponere spēm in operibus legis. In primitiva au-
tem ecclesia erat aliqui iusti seruantes legem: sed non sub
lege inquantum seruabant opera legis sed non erant sub
lege quasi in eis spēm ponentes. Sicut etiam Christus sub le-
ge fuit. supra quarto. Factum sub lege tecum. Et sic excludit
opus hieronymi. Si autem referatur ad moralia sic
est sub lege potest intelligi dupliciter. vel quantū ad ob-
ligationem. et sic omnes fideles sunt sub lege. quia omnis
bus data est. Unde dicitur. Math. 5. Non veni solvere
legem tecum. Vel quantū ad coactionem. et sic iusti non sunt
sub lege quia motus et instinctus spiritu sancti qui est in
eis est proprius eorum instinctus. Nam caritas inclinat
ad illud idem quod lex precipit. Quia ergo iusti habent
legem interiorem sponte faciunt quod lex mandat ab ipso
non coacti. Qui vero voluntatem male faciendi habent
comprimuntur tamen pudore vel timore legis isti cogun-
tur. Et sic iusti sunt sub lege obligante tantū non cogente
sub qua sūt solum iniusti. 2. corinth. 3. Abi spiritus vo-
mini ibi libertas. 1. rymoib. 1. Iusto non est lex polita.
scilicet cogens. Consequenter cum dicit: Manifesta
sunt autem opera carnis. Probar que dicit per effectū.
Et primo ponit opera carnis que contrariantur spiritū
sancto. Secundo ostendit quomodo opera spiritus non p-
bent a lege ibi. Aduersus huiusmodi tecum. Circa primū

Explanatio sancti Thome

duo facit. Primo ponit opera carnis que prohibetur a legge. Secundo ponit opera spiritus que ab ea non prohibentur. ibi. **F**ructus autem rei. Circa primum duo facit. Primo proponit opera carnis. Secundo subdit nocimenti quod ex his sequitur. ibi. **Q**ue predico rei. **D**ubitat autem circa primum. Primo quidem ut hoc quod apostolus hic quedam ponit que non pertinent ad carnem que tamen dicit esse opera carnis sicut ydolorum seruitus secte emulatio et huiusmodi. Respondeo: dicendum est secundum Augustinum lib. 4. de ci. dei cap. 2. **X** secundum carnem viuit quisque viuit secundum seipsum. Unde caro hic accipit pro toto homine. Quicquid ergo pronenit ex inordinato amore sui dicit opus carnis. Ut dicendum est quod aliquod peccatum potest dici carnale dupliciter scilicet quantum ad consummationem. et sic dicunt carnalia illa tantum que consumantur in delectatione carnis. scilicet luxuria et gula. Et quantum ad radicem et sic omnia peccata dicuntur carnalis iniquitas ex corruptione carnis anima agrangeretur. ut dicit Sapientia 9. **E**x quo intellectus debilitas factius desipit potest et impedit a sua perfecta operatione. Unde et ex hoc sequitur virtus scilicet heres secte et alia buiustim. Et hoc modo dicit quod fomes est principium omnium peccatorum. Secundo dubitatur quia cum apostolus de eas qui talia agunt regnum dei non consequentur nullus excludatur a regno dei nisi per peccato mortali. sequitur ergo quod omnia que enumerat sint peccata mortalia. **C**ui contra ratione videatur. quia inter ista enumerata multa: que non sunt peccata mortalia. sicut est contumeliam emulatio et buiustim. Respondere: dicendum est quod omnia hec enumerata sunt aliquo modo mortalia. sed quedam quidem secundum genus suu sicut homicidium fornicatio ydolorum seruitus et huiusmodi. quemadmodum vero secundum suam consummationem sicut ira cuius consuetudinari est in nocimento proximi. Unde si accedit consensus de ipso nocimento est peccatum mortale. Et similiter commissio ordinaria ad delectationem ciborum. sed si in buiustim est delectationibus ponat quis finem suu peccat mortaliter. et tunc non dicit commissio sed commissiones. Et similiter intelligendum est de aliis similibus. Tercio dubitatur de ordine et numeracione eorum. circa quod dicendum est quod cum apostolus in diversis locis diversa virtus et diversimodo enumerat non intendit enumerare omnia virtus et secundum artem: sed illa tantum in quibus abundant et in quibus excedunt illi ad quos scribit. Et ideo in eis non est querenda sufficiencia sed causa diversitatis. Hoc ergo habitus secundum est quod apostolus enumerat quedam via carnis que contingit circa ea que non sunt necessaria vita. quedam vero circa ea que sunt necessaria vita. Circa primum ponit quedam viaea que sunt hominum ad seipsum. quedam quantum ad deum. quedam contra proximum. Contra seipsum sunt quantum que ideo primo ponit quia manifeste ex carne procedunt. quod duo pertinent ad actum carnalem luxurie. scilicet fornicatio que est quando scilicet accedit solutus ad solitatem. vel quantum ad naturalem vsum luxurie. Aliud est inuidia quantum ad vsum contra naturam. Ephe. 5. **O**mnes fornicatori aut immundus rei. 2. corinth. 13. Qui non egreditur penitentiam super immunditatem et fornicationem et impudicitiam rei. Alia duo ordinantur ad ipsos actus. Unum scilicet exteriorius sicut tactus aspectus oculorum et buiustim. Et quantum ad hoc dicit. Impudicitia. Ephe. 4. Qui desperantes semetipos tradiderunt impudicitiam rei. Aliud interiorum scilicet in cogitationibus immundis. Et quantum ad hoc dicit. Luxuria. 1. Tymoth. 5. Cum enim luxuriantur in Christo numero voluntatis rei. Contra deum ponit duo. quod vero est per quod impedit ab hostibus dei cultus dominus. Et quantum ad hoc dicit. Ydolorum seruitus. 1. corinth. 10. Hec ydolare efficiamini rei. Sapientia 14. In-

fando enim ydolorum cultura omnis mali causa est et iniuria et finis. Aliud est per quod initur pactum cum demonibus. Et quantum ad hoc dicit. Veneficia que sunt per magicas artes. et dicunt veneficia a veneno quia sunt in nocturnum hominum. 1. corinth. 10. **N**olo vos fieri socios eius montorum Apoc. vlt. **F**orcas canes et venefici rei. **C**ontra proximum autem ponit nouum. quod primus est inuidia. Ultimum vero homicidium: quia ab hoc deuenitur ad illud. Primum ergo est inuidia in corde: que est odium erga proximum. Matth. 10. **I**nuidia hominis domestici eius. Et ideo dicit. Inuidia. **E**t hoc autem oportet dissensio in verbis. Et ideo dicit. Contentiones que est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Puer. 20. **H**onor est hominis qui se separat a contentiis. Secundum est emulatio que consistit in hoc quod ad idem obsecrandum contendit. Unde dicit. Emulatio que ex contentione oritur. Tercium est ex hoc quod vnuus impealt per alium ad rem eandem tendensem et ex hoc irascit contra eum. et ideo dicit. Ite. Iacob. 1. **I**ra enim virtus rei. Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. Quartum cum ex ira animi pertinet ad percutiiones. Et quantum ad hoc dicit. Rixae. Proverb. 4. **O**culum suscitat rixas. Quintum ex his scilicet dissensiones et si quidem in rebus humanis sunt dicuntur dissensiones quando scilicet partes sunt in ecclesia. Rom. 16. **O**bseruetis eos qui dissensiones et offendicula pietatis doctrinam per vos didicistis faciunt et declinare ab illis. Si in rebus diuinis sic dicuntur secte. id est heres. 2. petri. 2. **I**ntroducunt sectas perditionis rei. et ibidem. Sectas non metunt introducere blasphemates. Ex his autem sequitur inuidia quando illi quos emulant prosperantur. Job. 5. **M**aruulit occidit inuidia rei. Ex his autem sequitur homicidium. cordis et operis. 1. Job. 4. **Q**ui odit fratrem suu homicida est. Quantum vero ad via que pertinet ad inordinationem circa vite necessaria ponit duo. Unum quantum ad potum. Tunc dicit. **E**bitates scilicet assidue. Luce. 21. Attredite ne grauent corda vestra crapula et ebrietate rei. Aliud vero quantum ad cibum. et quantum ad hoc dicit. Commessio Rom. 13. Non in commissiobus et ebrietatibus.

Lectio sexta.

Fructus autem spiritus est charitas gaudium. pax. patientia. benignitas bonitas. longanimitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia. castitas.

Positum operibus carnis: hic consequenter apostolus manifestat opera spiritus. Et primo manifestat ea. Secundo ostendit quo lex se habet ad opera spiritus et ad opera carnis. ibi. **A**dversus buiustim rei. Circa primum enumerat bona spiritualia que nominat fructus. Ex quo incidit quod fructus. quia illud dicit fructus quo fruimur. Sed actibus nostris non debemus frui sed deo solo. ergo buiustim actus quos enumerat hic apostolus non debet dici fructus. Itz glo. dicit quod buiustim opera spiritus sunt propter appetitum. quod autem propter appetitum non referit ad aliud. ergo virtutes et earum opera non sunt referenda ad beatitudinem. Respondeo: dicendum est quod fructus dicitur dupliciter. scilicet ut acquisitus. puta ex labore vel studio. Sapi. 3. **B**onorum laborum gloria est fructus. Et ut productus fit fructus producit ex arbore. Mathei. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere. opera autem spiritus dicuntur fructus non ut adepti sed ut producti. Fructus autem qui est adeptus habet rationem ultimi finis. non autem fructus productus. Nihilominus tamen fructus sic acceptus duo importat. scilicet: quod sit ultimum pros-

in epistolam ad Galathas. v.

